



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 6. De tertia, & quarta specie Irregularitatis ex defectu ætatis, & ex
defectu libertatis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

dicetur deinceps) siveceptum Ordinem exercere in occulo, aut inter alios leprosos: nisi forte manus, aut labra habent corrupta: aut tam grandis esset lepra ut sine periculo ministerium explere non posset. Promoueri autem non potest, ne quidem ad ministrandum in occulto, aut inter alios leprosos, ut notat Maiolus lib. 2. cap. 18.

Vbi addit ex eodem D. Thoma, idem ac de lepra in hac re iudicium esse de scabie quæ liberū vsum manuum valde impedit, ita ut sacramenti contrahitio non sit tuta, qualis est ea scabies, quam medici ploram dicunt, ex atra bili sic lepra originem trahens. Idipsum de lue Venetia: prout ad acres dolores habet adiuncta vlecia, per totum corpus diffusa, idem auchori in sequenti cap. 19. merito statut propter magnam similitudinem, quæ talis morbus habet cum ipsa lepra: in eo, quod incurabilis sit, & contagione inficiatur, scandaloque & horrore sit, etiam magis, quam lepra, hoc nomine, quod turpitudinem sed & libidinis vnde causatur, pra se ferat in conspectu hominum. Ideoq; illam etiam irregularitatem inducit, quam incurunt Sacerdotes forniciari, cum actus criminis ipsorum manifestus, ostensusque est, ut haber textus expressus in cap. Sacerdotum, distinct. 50. Adeo vt, ex eodem auctore, quantumvis ei morbo decollent externa illa vlecia, sed ad esset claudatio, vel vocis debilitatio ob internam fauci, vel narium corrosionem, vel capillorum defluxio, vel aliquid simile inde proteniens, vnde vulgus scandala patetur, etiamque ager de suo criminis penitentiam egisset, ipse nec posset promoueri, nec iam promotus Ordines suscepitos exercere.

Secundus morbus irregularitas em specialiter inducens ex eodem Maiolo in sequenti cap. 20. est: tum phthisis: præterum cum ex medicorum attestatione, periculum est ne halitus aut foce ore phthisici insificantur alii, aut tussis reddat non tantum Eucharistia sumptionem: Tum etiam pellis, imo & pellis suspicio, donec ea purgetur, proper ugens periculum contagionis quod est in illa.

Tertius morbus, ex eodem in cap. 21. est podagra, & chiragra: illa quidem, quatenus ob eam non potest quis stans altari commode defertur: ut censensus est, iuxta glossam ad cap. Si quis in infirmitate, distinct. 55. & Panormit. ad cap. 2. De Clerico agrotante num. 3. qui sine baculo nequit ad altare ascendere. Hec vero quatenus vsum manus ita impedit, vel defo: men efficit, ut inde timeri possit scandalum propter deformitatem membris, aut sacramentum tractationem non securam, ob illius debilitatem: quibus de causa arrebet quis à celebratione Missar. iuxta cap. Presbyterum De Clerico agrotante.

Quartus morbus ex eodem Maiolo in cap. 22. est f. bris, quæ adeo vexat hominem, ut in eo sensuum officia non sint libera: grande enim periculum esset sacris ministeriis senti ali agitatione ingenerare. Quamquam si febris non esset continua, sed intercalaris: quo tempore ea vacat, & libeum corpori vsum permittit, promoueri quis posset, aut promotus celebrare, si coadiutor em secum habeat, qui si febris inualuerit, possit succurrere, aut si opus sit, sacraminale, la perficere, argumento cap. Illud, & cap. Nihil 7. quæst. 1.

Quintus apud eundem in cap. 23. est dolor capitidis continuus, aut quasi continuus, quo quis angitur tam gravius, ut non habeat liberum naturæ vsum ad exercenda Clericalia officia. Ob qualem dolorem Episcopo datur coadjutor in cap. Scriptit, & in cap. Qualiter, ead. quæst. 1. vade intelligitur, quod positio eo impedimento, talis non fuerit in Epilicopum promouendus.

Sextus ex cap. 24. est paralyticus: qua membra corporis ita dissoluuntur ut suo viu desituantur. Nam ea laboranti datur quoque coadiutor, iuxta cap. ultimum De Clerico agrotante. Item etiam, ob similem effectum dici potest de apoplexia, qua membra ita corripuntur, ut ad agendum inutilia reddantur.

Pro septimo, idem Maiolus in cap. 25. ponit defectum abstemiorum illorum qui sic à vino abhorrent, ut illud nec bibant, nec bibere possint. Quales glossa ad cap. Ipsi Apostoli 2. quæst. 7. ordinari non posse probat ex eo, quod Missam celebrare non possint, cum in ea omitti sequat

comeratio, lumpiisque caulis, De consecratio: distinct. 2. cap. C. 8. mperimus. Maximum autem periculum est, ne illi talis abstemius calicem consecraret, illum abhoriente natura, non possit sumere, saltem ita periculo agitudo, vel sumptuui euomendi. Quare ipse potius est in numero eorum qui inhabiles censemur ad Ordines.

P. extremo loco in cap. ultimo ponit languorem stomachi adserente notable periculum evocandi faciem Eucharistiam. Quod periculum, ab eius perceptione arceret, paret ex cap. Si quis per ebrietatem, De consecratio distinct. 2. Vbi Eucharistiam euocent, etiam per infirmitatem, penitentia imponitur. Adde ex tali quodque periculo nasci horrem, ac scandalum populi.

Adverte obiter non referre, quod de omnibus propriis morbis non habetur specialis mentio in iure canonico: quia sufficit illos eam affinitatem habere cum iis, de quibus est specialis mentio, ut in virisque eadem plane certaria ratio, & itodus impediendi Ordinum vsum, adeo ut merito censeatur eodem iure comprehendendi. Id enim est fundamentum generalis documenti, quod initio huius sectionis attulimus ex Nauarro. Qui in eodem num. 202. monet solum Papam in hac specie irregularitatis dispensare.

Adverte item circa irregularitatem ex defectu corporis: eo ipso quod ob illum quis censemur irregularis, tanquam ad sacerdotium ineptius, ipsum ad inferiores Ordines promoueri non posse, immo nec ad Clericatum, iuxta cap. Iliteratos, distinct. 36. Iam tamen promotum, ob superuenientem defectum non prohiberi exercere actus inferiorum Ordinum, immo & fact. idotij, ad quos iure natura aptus fuerit: neque enim Sacerdos qui amissit partem pollicis, nec potest hostiam frangere, prohibetur Epistolam ad Euangelium canere, vel confessiones audire, sicut prohibetur Missam celebrare. Vide Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 200. & Couar. ad Clement. S. faro, 1. par. in initio, num. 5. Cum hocque in sequenti num. 7. (vbi communem sententiam esse ait) adde in irregularitate que incurrit ex corporis vitiis, solum Papam dispescere, eti si de tali vitiis cum dubitatui, an sufficiat ad irregularitatem, si Episcopum determinare: prius idem auctores norant ex Innocent. ad cap. 1. De corpore vitiatis, & iam in precedentibus annotauimus.

CAPUT VI.

De tertia, & quarta specie irregularitatis ex defectu etatis, & ex defectu libertatis.

SVMARIVM.

- 60 Defectus etatis quatenus irregularitatem inducat.
- 61 Ordinati ante legitimam etatem sunt suspensi: & quatenus talis suu pensionis violatione, irregularitatem incurvant.
- 62 Solus Papa dispensare potest, ut quis ante legitimam etatem ordinetur, aut Ordinem exerceat.
- 63 De irregularitate mancipiorum, quid sit tenendum.
- 64 De irregularitate curialium.
- 65 De irregularitate eorum, qui sunt alii ad ratiocinia obligati.

Defectus etatis dum durat, facere hominem irregularitatem communis sententia est: quæ, ut Nauar. cap. 27. num. 202. notat, deducitur ex cap. ultimo, De temporibus ordinationum in 6. Addi potest ex cap. In veteri, distinct. 27. & ex cap. Pueri, i. q. 1. & ex cap. Vel non est. De temporibus ordinationum. Ac iure quidem antiquo fuerunt singulis Ordinibus propriæ etates prescripæ, sed in Clement. ultima, De etate & qualitate, immutata est his verbis, Generalem Ecclesiae obseruantiam volentes antiquis iuribus in hac parte praeferti: decernimus ut, non alio obstante impedimento Canonicum, possit quis libere in decimo octavo ad Subdiaconatus: in 20. ad Diaconatus, & in 25. etatis sue anno ad Presbyteratus Ordines promoueri.] Vbi videnda est glossa. Nuper vero Concilium Tridentinum 23. cap. 12. De reform. ad Subdiaconatus Ordiné ante

22. annum, ad Diaconatus ante 23, ad Presbyteratus ante 25. etatis sue annum (incepit intellige iuxta visitaram consuetudinem, que optima est legum interpres, cap. Cum Dicitur, De consuetudine) quemquam promoueri prohibet; tacens de minoribus Ordinibus, quasi in his magis sit habenda ratio literatura, & morum (de quibus praeciperat cap. 5. & 11.) quam etatis. Constat autem ex cap. Nullus, De temporibus ordinacionum in sexto, eos nulli esse conferendos ante septimum annum expletum. Illic enim infans prohibetur iniciari prima tonsura, & multo magis minoribus Ordinibus.] Infantem vero dicit eum qui non excessit septimum annum, ex glossa ibidem ad verbum (Infanti.)

61. Ceterum ordinati ante legitimam etatem suspensi sunt ab Ordinum executione, donec ad illam peruererint. Ea autem adueniente, dummodo suscepitos Ordines nondum exercerent, possunt sine dispensatione eos exercere, & ad altiores promoueri: argumento cap. Vel non est compos, De temporibus ordinacionum: iuxta communem, ut habeat Couar. ad Clemens. Si furiosus, 1. par. §. 1. num. 4. Doctorum interpretationem. Sin exerceat actus Ordinum maiorum (intellige cum Nauar. post citando) antequam ad legitimam etatem peruererit, ex violatione suspensionis, seu eo nomine quod suspensus Ordinem exercerit, irregularitatem incurrit: vnde & adueniente etate opus habet dispensatione Papae, ut per bullam Pij secundi, quae incipit, Cum ex sacrorum, annotant Sylo. In verbo, Irregularitas quest. 10. in fine, & Nauar. in Enchir. cap. 25. num. 70. ex cap. 27. num. 155. & Couar. loco cit. alios referens. Quam tamen bullam Nauar. in dicto num. 155. putat non comprehendere eum, qui temerarie quidem ordinatus est, sed posita bona fide, & candida simplicitate per penitentiam purgato peccato, exerceat Ordinem, existimans id sibi licitum est: sicut nec eum qui bona fide & simplicitate existimans se legitimam cum non esset, ordinatus est. Id quod ille infert ex verbo, presumptus, quo Pontifex in dicta bulla vituit, importante dolum.

62. Neminem autem posse cum quoquam, siue ad susceptionem, siue ad executionem Ordinum ante legitimam etatem dispensare praeceps Papam, confirmat glossa ad cap. Cum dilectus, De electione, verbo, In etate: & ad cap. Nihil, eodem tit. verbo, Etatis: habetque locum in religiosis, priuilegiis quibuscumque quoad id, exclusus, ex Concil. Trident. in cit. cap. 12. Id quod Nauarri nota in sequenti num. 202. versu 12.

PARS RELIQVA CAPITIS.

De Irregularitate ex defectu libertatis.

63. EX defectu libertatis irregularares sunt. Primo, illi qui omnino priuantur libertate, ut mancipia. Ita habetur per totam fere distinc. 54. & totum rit. De seruis non ordinandis. Quod genus hominum Ecclesia tanto studio a facris Ordinibus arceret, ut Episcopi in sua consecratione de ea re moneantur quemadmodum attingitur in cap. Consuluit, De seruis non ordinandis, cum dicitur: Si memores, in consecratione tibi dictum fuit, vide ne quemlibet seruulis conditionis ad Ordines promouere prae sumas. Ratio vero est, vilitas siue abiectio seruulis conditionis, & dignitas sacerdotalis, ut in tertia parte tit. 28. cap. 6. §. 6. D. Anton. expressit.

Ceterum si seruus domino sciente, nec contradicente ordinatus est: hoc ipso euadit liber, & ingenuus ex cap. Si seruus sciente, distinc. 54. etiam si minoribus tantum Ordinibus esset ordinatus, ex D. Anton. loco cit. Et ratio est, quia canon generaliter loquitur. Sin autem domino sciente, vel inquit ordinatus est, distinguere oportet. Nam vel promorus est tantum ad minoribus Ordinibus, & tunc redigitur in pristinam seruitum, ex cap. Nulli, distinc. 54. & ex cap. 2. De seruis non ordinandis. Id quod glossa utrobiusque exprimit: atque ad ipsum cap. Nulli, ea notat, talem nullo Clericorum priuilegio gaudere, nisi Canonis imponens excommunicationem persecutori Clerici, quod & amittit depositus.

Iam si promotus est ad Diaconatum: id aut contigit

sciente Episcopo ordinatore: itaque liber erit, & Episcopus tenebitur domino sacrificare, ex cap. Si seruus absente, eadem distinc. 54. aut contingit nesciente Episcopo, sed scientibus praefectoribus, & tunc per idem cap. Hic tenebuntur similiter domino sacrificare: aut demum id contingit nec Episcopo, nec praefectoribus scientibus: tuncq; ordinatus tenebitur substituere alium seruum suo loco, vel dare premium sua redemptionis. Quod si neutrū possit, depositi debet ac domino restituere cap. Ex antiquis, eadem distinc. 54. Idem esse dicendum de promoto ad Sudaconatum patet ex cap. Miratur, De seruis non ordinandis, vbi eodem priuilegio cum Diacono gaudere (Infanti.)

Deniq; si promotus est ad sacerdotium, nequit amplius cogi ad seruitutem subeundam, sed si quod peculiun habeat, debet illud reddere domino, per citatum cap. Ex antiquis, aut si non habeat, debet redempcionem procurare, prout Nauar. addit in Enchir. cap. 27. nu. 202. aut demum si neq; illud, neq; hoc potest, debet seruire Domino in iis obsequiis, quae Ordinem, quem consecutus est, non deceant, iuxta cap. Frequens, eadem distinc. Aduerte vero domino tantum concedi spatium viiiii anni ad rependum seruum ordinatum, ex cap. Si seruus sciente, supra memorato. Quem annum glossa ad verbum, viiiii, iudicat esse numerandum a tempore quo scrivit ordinatum. Et ratio esse potest, quod in tali ius innocentie celeri debet facere: elle, non & audulenter nocent.

Secundo, ex eodem libertatis deft. & iuris regularis sunt illi, qui libertatem quidem aliquam habent, non tamen integrum, & perfectam: ut Curiales, & iij qui obligati sunt aliis ad ratiocinia: nam Curiales: siue, vi D. Anton. loco citato §. 4. interpretatur, iij qui ex quaunque causa, curia publicam potestatem habent, obligati sunt ad aliquod munus gerendum: quoique fuerint soluti ea obligatione, non posse ordinari, habetur ex cap. 1. 2. & 3. distinc. st. & ex cap. p.imo, distinc. 53. In quibus rationes haec redditui: in cap. quidem primo distinc. st. quod in talium numerum executione plerumque contingant ex quibus irregularitas incurrit: in cap. vero 2. & 3. quod Ecclesia molestiam passura esset, dum domini quibus obligantur, ipsos repeterent. In eodem demum tertio, & in primo distinc. 53. ne suspicio sit simulata promotionis ad liberandum se ab obligatione per sacerdotium. Intelligentum autem illud & ex eodem auctore, siue in viiiii sit honestum, siue est Iudicum, A. vocatorum, Militum, & similium: siue in honestum vi iustitiam, & aliorum, qui theatralibus spectaculis addicti, publicis stipendiis aliantur ad ludicia facienda. Atque hi posteriores, quantum per tale ministerium infames redduntur, non sunt statim ac liberaliter ab illa obligatione, idonei ad Ordines, donec sublata sit infamia. Illi autem priores statim sunt, nisi in executione sui muneris egrent aliquid per quod irregularitas contrahitur, ut si exerceverint iudicium fanquinis.

Iam de iis qui ad ratiocinia obligati sunt aliis: quod fint irregularares, habetur ex cap. viiiico, De obligatis ad ratiocinia. Quod quomodo ad accipendum sit, glossa ibidem verbo, Ratiocina, & cum ea D. Antoninus in eodem §. 4. sic explicat. Obligatus ad ratiocinia aliqui seculari personae non miserabili: velut tutor, curator, procurator: si in officio voluerit permanere, promoueri non debet 21. quest. 3. cap. 1. & 2. & titulo, Ne clerici, vel Monachi &c. cap. 1. & 2. Si vero Ecclesiastica persona aut seculari quidem, sed in seribili, seu pauperate, vel infirmitate oppresse, quam quilibet iuuare tenetur, etiam perseverans in officio, potest promoueri, si nihil aliud obligata: distinc. 86. cap. Peruenit, & 16. quest. 7. cap. In noua actione. Si administrationem quidem depositum negotiorum, vel officij quod gessit, sed manet obligatus ad ratiocinia: si hac sint publica, id est, ad quae obligetur reipub. promoueri non debet ante redditum rationem, ne recocetur: ex cap. Praeterea, distinc. 51. Si vero sint priuata, ut ob emptionem, vel alii simillam contractum: aut in ipsa promotione mouetur, aut prius mota est ei quæsto de dolo, seu perfidia: vel neque mouetur neq; mota est. Siquidem, non debet ante finem litis

ies promoueri, distin. & 81. cap. Tantis. Quantum vero tempus satis sit ad eam terminandam, taxari debet per Episcopum; sin possetius, non obstatte obligacione promoueri debet, inquit memorata glossa; nisi manifestum sit ipsum de dolo teneri: quo casu Episcopus eum repellere deberet: sicut quilibet criminis, & infamem, 6. q. 1. cap. Infames.

C A P V T VII.

De quinta specie Irregularitatis ex defec-
tu natalium.

S V M M A R I V M.

- 67 Irregularis est quisquis ex legitimo matrimonio natus non est.
 68 Regula iudicandi denato ex legitimo matrimonio non legitime.
 69 De legitimatione filii spuri per subsequens parentum matrimonium legitimum.
 70 Factus legitimus per consequens parentum matrimonium habilit est, ut ad seculares, sic & ad Ecclesiasticas dignitates.
 71 Nec eget dispensatione ut suscepit Ordines exercet, vel ad superiores ascendat.
 72 Legitimatio per potestatem secularem non facit illegitimum ad Ordines habilem.
 73 In hac irregularitate quatenus Papa, & quatenus Episcopus dispenset.
 74 Illegitimus a Papa dispensatus ab eo ute ad Ordines, & beneficia Ecclesiastica, & oritur ex ipso ad seculares dignitates.
 75 De legitimatione facta per Papam cum aliqua determinatione.
 76 Is qui existimat ex legitimo matrimonio natus, sed non est: an conferatur irregularis.
 77 Fili iustificatum conuersorum, & filii fidelium expositi, quatenus sint irregulares.
 78 De eo qui bona fide existimat se legitimum, & a matre illegitimus affirmitur.
 79 De hereticis, & eorum credentibus, receptatoribus, defensoribus, auctoribus, ac ipsorum filii quatenus sint irregulares.

67. Ex defecitu natalium irregularis est omnis illegitimus, seu non procreatus ex legitima vxore: qui ex cap. Nisi cum pridem. De renuntiatione, §. Personæ: vel est manus, natus ex scorno, seu meretrice: sic dictus voce Hebrei significante alienum: eo quod ignorant habeat originem, ob matrem pluribus prostritum: vel est natus ex adulterio natus, commissio ab uxorio cum solita: vel est filius naturalis, natus ex concubina domi retenta à vita solito, qui cum ea tempore concepti: vel nati fecerit contrahere potuit ex glossa ad cap. Per venerabilem, verbo, Naturalibus. Qui filii sunt legitimis: vel denique est spurius natus ex contumaccia damnato, seu quod punitur legibus: ut ex stupro, rapto, sacrilegio, incestu, aut ex scemina coniugata. Quibus irregularitas imponitur per cap. 1. De filiis presbyterorum: quo precipitur quidem tantum, ne talis aliquis, nisi religiosus factus sit, ad sacros Ordines promouatur: sed ex cap. 1. codem tit. in 6. patet etiam à minori accensi.

Ratio autem cur sicut per leges civiles ab honoribus secularibus; ita & per Ecclesiasticas ab Ordinibus, & dignitatibus Ecclesiasticis illegitimus arceatur est, quod si filium priuilegiis quibus legitimus frueretur, nullo discrimine matrimonium à fornicatione separaretur ex corpro hominum iudicio: nec filii ab imitatione sceleris parentum reuocarentur. Procedit vero istud in occulto illegitimus, etiam si qui publice pro legitimis habentur ex Syllo, verbo, Irregularitas, quest. 20. & Nauar, in Enchir. cap. 25. num. 69. & cap. 27. num. 201. Nonnulla autem notare oportet. Primum est, sequentes regulas dati iudicandi de nato ex legitimo matrimonio non legitimo.

Prima est, si duo contraxerint per verba de praesenti, cumque alter ante consummationem matrimonij ingrediatur religionem, & profiteatur: si postea commisceantur ex legitimo matrimonio non legitimo.

tur, proles que inde nascetur, illegitima erit, quia per emissionem professionis, dissolutum omnino fuit matrimonium, ex Concil. Trid. sess. 4. can. 6.

Secunda est, Si post consummationem matrimonij alter coniugum altero contradicere vel ignorantie, religione ingressus, in ea profiteatur: (allam rationem esse causam adulterij intelliges in seq. lib. num. 326.) quia non est solutum matrimonium, & professus cogitur redire ad coniugem, eique debetum conjugale reddere, ex cap. Quidam, & cap. Placit. De conuertione coniugatorum, proles inde suscepit, legitima est.

Tertia est, Si mulier viro ad religionem transiit consentiat, postmodum non valens se continere, potest repetere virum, & vii matrimoniali copula, ex cap. 1. De coniug. coniug. Unde proles qua inde nascetur, erit legitima. Secus autem foret, si ipsa religionem esset ingressa, vel si suspecta non esset, saltem continentiam voullet in cap. Cum sis, & cap. Significavit, De conuerti. coniug. (praeferit si Episcopi consensu, & decretu de separatione accessisset) quia illicita plane tunc esset copula, ex eaque nascetur parus non legitimus. De qua te potest videri idem Sanchez lib. 7. De matrim. disput. 33.

Quarta est, Si matrimonium contractum sit per verba de praesenti, & ante consummationem vir fiat Subdiaconus, siu consentiente, iue dissentiente uxore, quia matrimonium inde non dirimitur, uxor potest cogere virum suum Subdiaconum ad consummationem matrimonij. Ita definitur in Extraag. Ioannis 22. quia incipit, Antiquæ concertationis (vbi quoque talis, matrimonio etiam loato, sit inhabilis ad Ordines suscepti executionem, & superioris suscepionem, & beneficij, vel officij Ecclesiastici adceptionem) iudeoque partus, qui ex ea copula, quam lex Ecclesiastica admittit, nascetur, consenbitur legitimus: irregularis tamen, iuxta cap. Literas. De filiis Presbyt. ut Sanchez quoque habet in seq. lib. 9. disput. 38. num. 7. Illegitimus vero erit, si cum mulieris consensu interuenis et separatio, qualis antea descripta est.

Secundum quod notare oportet, est: eum qui natus est illegitimus, legitimus fieri per sequens matrimonium inter patrem, & maritem ipsius, ex cap. 1. & cap. Tanta. Qui filii sunt legitimis. Quod quidem procedit etiam si non contingat ipsum matrimonium consummari: quia matrimonium non consummatum, vere est matrimonium.

Aduerte autem primo ex Syllo. in verbo, Legitimus, quest. 8. & Couar. in Epitome 4. Decretal. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 1. ad hoc tanquam conditionem necessariam requiri, ut quando talis filius concipiatur vel nascitur, nec virque, nec alteruter parentum habeat impedimentum aliquod, propter quod inter ipsos matrimonium nequeat valide contrahi: ut v. g. si nec consanguinei sint, vel affines in gradibus prohibitis: nec virque, aut alteruter sit coniugitus, aut nequaquam castitatis votum emiserit, vel sacerdo Ordine initiantur sit. Si enim aditum aliquod eiusmodi impedimentum, hi ius tuu procreatus, etiam post matrimonium legitimum inter ipsius parentes sublatu impedimento contractum, manet illegitimus, iuxta cit. cap. Tanta. Itaque si quis liber ab impedimentis contrahendi matrimonii, per plures annos mulierem coniugatam cognoverit ante, & post mortem marii ipsius, ex eaque filios superperit, per matrimonium cum ipsa tandem contractum, illi suscepit post mortem prioris mariti, hunc legitimus: sed suscepit ante eamdem mortem, manent illegitimi: nisi excusat ignorantia inincibilis, quia alter ignorauit alterius impedimentum dirimens matrimonium: ut v. g. qua mulier ignorauit cum cui commiscebat habere vxorem, vel contra. Facit enim talis ignorantia ut eiusmodi impedimentum non obstat quoniam ob legitime contraclum postea inter parentes matrimonium, filius habeatur legitimus. Pro quo habetur textus latius expressus in cap. Ex tenore, Qui filii sunt legitimis: vbi glossa id notat, & Couar. sequitur in Epitome 4. Decretalium cap. 8. §. 2. numer. 16.

Aduerte secundo, si quo tempore infans concipiatur, nullum sit inter parentes ipsius impedimentum matrimonij contrahendi: interueniens postea impedimentum